



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapesti, I. Lipótmezei-út 6. decies in anno.
 Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.

Megjelenik Budapesten, I. Lipótmezei-út 6. tízszer
 egy évben. Előfizetési ára évi 4 Pengő 80 fillér.

Per.
 Lat
 020

Gloria in excelsis Deo!

Et in terra pax hominibus bonae voluntatis!

Roraverunt coeli
 desuper, et nubes
 pluerunt¹ iustum.
 Aperta est terra et
 germinavit² Salva-
 torem.

Angeli de coelo
 nocte illa descen-
 derunt super pa-
 scua³ regionis Be-
 thlehem, hymnum
 Divinae gloria ca-
 nentes, pastoribus
 vero bonae voluntatis pacem renun-
 ciantes.

Surrexerunt de noctis quiete pastores
 gregum, requisiverunt iuxta Bethlehem
 stabulum⁴ illud, in cuius praesepio⁵ infans
 Divinus pannis⁶ involutus iacebat, glori-
 ficabantque natum Salvatorem magno
 gaudio.

Apparuit autem eodem tempore etiam
 procul in Oriente tribus Magis⁷ stella mire
 splendida, deduxitque eos ad eadem Christi



nati incunabula.⁸
 Mirabantur Magi
 puerum, praesta-
 bantque ei hono-
 res non nisi regi
 debitos.⁹

At quem coele-
 stes chori angelo-
 rum, pauper gens
 pastorum aequae
 ac divites Magi
 Orientis laudan-
 dum, glorifican-

dum adorandumque aestimarunt: eum
 crudelis tyrannus Herodes neci¹⁰ deden-
 dum inquirebat.

Angeli, pastores, Magi — erant omnes
bonae voluntatis: Herodes autem erat
 homo — *malae voluntatis*. Haec mala
 voluntas Herodis occidi iussit omnes
 pueros, qui erant in Bethlehem et in

¹ permetzték ² megtermette ³ legelői fölé ⁴ azt az
 istállót ⁵ jászolában ⁶ pólókba takarva ⁷ bölcs király-
 nak ⁸ bölcsőjéhez ⁹ királyt megillető ¹⁰ halálra kereste.

finibus eius a bimatu¹¹ infra; et plorabant matres filios suos et nolebant consolari.


Innocentes itaque pusilli¹² pro Christo primi martyres facti sunt: at per Christum etiam regnum coelorum imprimis eorum factum est.

Puerorum dehinc festi quoque Nativitatis¹³ summa sunt gaudia. Parentibus ceterisque adultis non amplius obvenit¹⁴ gaudiorum, praeter quantum e puerorum gaudiis capiunt.

Praecipuum donum festivum¹⁵ adultis pax est aestimanda: familiis pax domestica, civibus pax publica, regno pax interna et externa.

Summopere patria nostra regni pacem desiderat. Pax enim Trianonensis, quae decem ante hos annos ab hominibus nequaquam bonae voluntatis est imposita Hungariae, non est vera, non est iusta pax; sed est sepulchri pax tristissima, est detestata pax inferni.

Nos vero vilae desideramus pacem!



LECTORIBUS MINIMIS.

Subvolavit¹ Zebulon.

(Specimen² e fabulis Sigismundi Sebök de domino Maccio peregrinante.)

Dominus Maccius Mucius³ Marmariosius Murmurator de nobili genere Murmuroso cum nepotibus suis Zebulone et Dorca per longam latamque planitiem⁴ Hungaricam peregrinabantur.⁵ Tandem advenerunt ad praedia⁶ rustica.

«Ecce avis quadruala, avis mire magna!»⁷ — exclamat Zebulon.

«Illa non est avis; — docet nepotem avunculus⁸ — sed est mola⁹ alata.⁹ Age¹⁰ ad molam; — ait ad aurigam — sine,¹¹ videat puer, quid illa turris alata sit.»

EX ARCHIVO RELIGIOSO

Magi adorant Christum natum.

(Ex evangelio S. Matthaei c. II. vrss. 1—11.)

1. Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda¹ in diebus Herodis regis, ecce Magi² ab Oriente venerunt Jerosolymam,

2. dicentes: Ubi est, qui natus est, rex Judaeorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, et venimus adorare eum.

3. Audiens autem Herodes rex, turbatus³ est, et omnis Jerosolyma cum illo.

4. Et congregans⁴ omnes principes sacerdotum, et Scribas⁵ populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur.

5. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judae; sic enim scriptum est per Prophetam:

6. Et tu Bethlehem, terra Juda,¹ nequaquam

¹¹ két éven alul ¹² kisdedek ¹³ karácsony ünnepének ¹⁴ jut ¹⁵ ünnepi ajándék.

¹ indeclinabiliter pro genitivo declinato Judae ² napkeletről való bölcsék ³ megzavarodott ⁴ egybegyűjtve ⁵ a nép írástudóit.

Appulit¹² auriga ad molam, descenderunt omnes de curru, aspiciebantque aedificium illud turriforme valde diligenter. Lassa,¹³ immota¹⁴ quattuor brachia¹⁵ velata stabant. Alarum una paene terram tangebant.

Zebuloni omnia, quae videbat, valde placebant. Momento¹⁶ temporis insiluit in alam dependentem, effrenatoque¹⁷ gaudio clamitabat:

Age,¹⁸ move¹⁹ mola! Quadruala vola!

Ecce vero, mola moveri²⁰ coepit. Ala, in qua Zebulon sedet, elevatur in altum.

Ejulat²¹ Zebulon, ejulat soror eius Dorca; vociferatur²² et ipse avunculus dominus spectabilis²³ Maccius Mucius: sed haec omnia nihil prosunt;²⁴ ala rotae cum Zebulone iam ad summum verticem ascendit.

¹ felrepült ² szemelvény ³ Mackó Muki ⁴ magyar Alföldön ⁵ kocsin utaztak ⁶ egy pusztai tanyára ⁷ négyszárnyú ⁸ a nagybátyja ⁹ (szárnyas) szélmalom ¹⁰ hajts ¹¹ hadd lássa ¹² oda hajtott ¹³ lankadtan ¹⁴ mozdulatlanul ¹⁵ a négy vitorlás kar ¹⁶ egy pillanat alatt ¹⁷ féktelen ¹⁸ rajta! ¹⁹ mozdulj ²⁰ járnival kezdett ²¹ jajgat ²² lármázik ²³ a tekintetes úr ²⁴ használnak.

minima es in principibus Juda;¹ ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

7. Tunc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit⁶ ab eis tempus stellae, quae apparuit eis;

8. et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite et interrogate diligenter de puero; et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum.

9. Qui cum audissent regem, abierunt: et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat⁷ eos, usquedum veniens staret supra, ubi erat puer.

10. Videntes autem stellam, gavisii sunt gaudio magno valde.

11. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre eius, et procidentess⁸ adoraverunt eum; et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, thus⁹ et myrrham.

12. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

⁶ megtanulta = kitudakolta ⁷ előttük ment = vezette őket ⁸ leborulva ⁹ tömjént.

«Corripe²⁵ stricte velum!» — acclamat ei auriga simul cum arunculo.

Corripit Zebulon alae²⁶ velum brachiumque ambabus manibus pedibusque.

Transversus²⁷ Zebulon citius suo pondere detrahit alam, atque ruit²⁸ praeceps... Vae, vae!...

Nihil est!²⁹ Jacet iam in terra, quassus³⁰ quidem, nec tamen cervice³¹ fracto.

Suscitat semivivum³² soror cara Dorca: sed Zebulon nequit oculos aperire.

Accedit avunculus Maccius Mucius, offertque³³ caro nepoti mel dulce, ursis debitam³⁴ medicinam.

Reviviscit Zebulon, ubi de melle dulci audit voces blandientes, iuratque per Dae-dalum Icarumque: sibi satis esse pro tota³⁵ vita semel ope quadrualae volasse.

²⁵ fogd meg szorosan ²⁶ a szárny vitorláját és karját ²⁷ átfordulva ²⁸ zuhan fejfel előre ²⁹ semmi baj ³⁰ összezúzva ugyan ³¹ de nyakát ki nem törve ³² a félig holtat ³³ és kínál ³⁴ a medvéknek való ³⁵ az egész életre.

EX AUCTORIBUS ROMANIS

Mirum somnium.

(*Valerius Maximus*, civis Romanus, rerum scriptor, floruit initio primi post Christum natum saeculi, temporibus *Tiberii Caesaris*. Constituit autem populi Romani exterarumque gentium facta simul ac dicta memoratu digna, quae apud alios latius¹ diffusa¹ erant, quam² ut breviter cognosci possent, ab illustribus electa³ auctoribus deligere³: ut documenta⁴ sumere volentibus longae inquisitionis⁵ labor abesset. Conscripsit itaque *Exemplorum Memorabilium libros novem*, ediditque verisimile anno post Chr. n. 32-o ipsi Tiberio Caesari dedicatos.⁶ — Ex hoc opere excerptum est specimen, quod sequitur; etquidem e libro I-mo, capitis VII-mi «*de somniis*»⁷ externorum⁸ exemplum 10-mum.)

10. Proximum somnium, etsi paullo est longius, propter nimiam tamen evidentiam⁹ ne omittatur, impetrat.¹⁰

Duo familiares¹¹ Arcades iter una facientes, Megaram venerunt: quorum alter ad hospitem¹² se contulit, alter in tabernam¹³

¹ sokkal szélesebben szétszórvva ² hogysen rövidesen feltalálhatók volnának ³ kiválogatva összeszedi ⁴ tanulságot meríteni akaróknak ⁵ keresgélés ⁶ ajánlva ⁷ az álomlátásokról ⁸ a külföldi példák közül a 10-ik ⁹ világossága miatt ¹⁰ követeli, hogy ne mellőztessék ¹¹ jóbarát ¹² a vendég-barátjához ¹³ bérelt szállásra.



Camelus¹ et formica.

Pascit camelus in prato. Coram se repit² inter herbas formica sedula. Trahit ore ramusculum, parvum quidem, attamen proprio corpore vel quadruplo graviorem.

Animadvertit camelus formicam valde laboriosam³ et ait ad eam: «Quanto⁴ diutius te observo,⁵ tanto magis te admiror. Quadruplum, quin et decuplum tui corporis pondus portas: ego autem statim corruo, ubi mihi lateralia⁶ dorso imponuntur. Quae sit huius rei causa?»

Respondet formica: «Causa haec est, amice, quod tu *aliis* laboras, ego vero *mihimet ipsi*».

In Latinum convertit *Joannes Endrefi*: VII. cl. d.

¹ a teve ² mászkál ³ dolgoz ⁴ minél tovább ⁵ figyellek ⁶ az átalvető zsákok.

meritoriam divertit.¹⁴ Is autem, qui in hospitio erat, vidit in somnis comitem suum orantem, ut sibi cauponis¹⁵ insidiis circumvento subveniret; posse enim celeri eius accursu se imminenti periculo subtrahi.¹⁶

Quo visu excitatus prosiluit, tabernamque, in qua is diversabatur, petere¹⁷ conatus est. Pestifero¹⁸ deinde fato humanissimum propositum tamquam supervacuum damnavit,¹⁹ idque visum²⁰ pro nihilo ducens, lectum ac somnum repetiit.

Tunc idem ei saucius²¹ oblatus²² obsecravit, ut qui auxilium vitae suae ferre neglexisset, neci²³ saltem ultionem non negaret. Corpus enim suum a caupone trucidatum, tum maxime plastro²⁴ ad portam ferri stercore²⁵ coopertum.

Tam constantibus familiaris precibus compulsus, protinus²⁶ ad portam cucurrit, et plastrum, quod in quiete²⁷ demonstratum erat, comprehendit, cauponemque ad capitale supplicium perduxit.

¹⁴ tért be, megszállott ¹⁵ a vendégfogadás ¹⁶ még kimenthető volna ¹⁷ felkeresni ¹⁸ halálhozó végzett folytán ¹⁹ elejtette ²⁰ azt a látomást ²¹ holtra sebezve ²² megjelenvén előtte ²³ legalább meggyilkoltatásáért ne tagadja meg a megtorlást ²⁴ szekéren ²⁵ trágyával ²⁶ tüstént ²⁷ pihenésében, álmában.

De nocte Valpurgae.

Supra silvas Hercynias⁷ in summo iugo Hercynio est cacumen vastum, cui nomen Fragoso. Istud cacumen Fragosum est scena fabulae.

Nocte Valpurgae — refert fabula — omnes mundi striges,⁸ venefici⁹ veneficaeque, in hoc cacumine Fragoso conveniunt celebrantque sabbata strigum. Maximus tum tumultus est. Striges, capro¹⁰ hircoque, necnon manubriis¹¹ scoparum vectae,¹² tanta celeritate per aëra ruunt, quin¹³ pedes terram tangant. Advolant sicuti nubes nigrae, crescitque numerus earum adeo, ut obscurant lucem lunae. Ipsum aër inquietum fit pellitque nubes in montes.

Mox ignis hilaris in summo Fragoso efflagrat. Tum diabolus ascendit in suggestum¹⁴ ardentem et e mediis flammis habet orationem ad conventum veneficorum veneficarumque. Turba vero vesana circumscilicet oratorem diabolum ignemque alte flagrantem... Denique diabolus apud altaria

EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

Quomodo Georgius Monachus trucidatus sit?

(Excerptum est hoc specimen ex *Wolfgangi de Bethlen* «Historia de rebus Transsylvanicis», etquidem e libro IV-to.)

*Castaldus Georgio Monacho*¹ insidias struere, et quo magis familiaritate² sua illi imponere³ posset, communi cum illo rheda⁴ vehi coepit. Quod suspectum habens *Kruppai* quidam ioculator⁵ *Monachi*, triduo ante eius necem inter iocandum dixit, ut sibi ab Hispanis caveret. Quem *Georgius*, ne *Castaldus* offenderetur, in carcerem compingi⁶ iussit, — ignarus infelicis exitii, cui eum fata servabant.

Postquam itaque mense Decembri pervenissent ad oppidum *Al-Vincz* dictum, unico milliari⁷ *Albā-Julii*⁸ distans, *negotium*,⁹

¹ György Barát ellen ² meghitt barátságával ³ minél inkább hozzá férközhessék ⁴ kocsii ⁵ udvari bolondja ⁶ börtönbe vettetett ⁷ egy mérföldnyire ⁸ Gyulafehérvártól ⁹ az ügyet, feladatot.

puteumque¹⁵ strigum congregatis suis hospitibus magnum parat convivium.¹⁶

Aurora autem appropinquante striges omnes eadem celeritate, qua convenerant, per aëra discedunt.

Non solum homines prope Fragosum habitantes, sed etiam qui longius latiusque habitant in silvis Hercyniis homines superstitiosi,¹⁷ valde timent striges. Cavent hoc maleficum genus clausis ianuis stabulorum inscriptisque tribus crucibus unicuique ianae. Praesertim ante noctem Valpurgae illis tribus crucibus aliisque superstitiosis characteribus¹⁸ ianuas cunctas signant inscribuntque:

«Contra striges, quae cursum tendunt in Fragosum».

In Latinum convertit *Josephus Albrecht* d. V. cl. g.

⁷ a Harz-hegység erdősegei felett ⁸ boszorkányai ⁹ méregkeverő, kuruzsló férfiak és asszonyok ¹⁰ kecskebakon és koson ¹¹ seprűnyélen ¹² nyargalva ¹³ hogy a . . . sem ¹⁴ máglyaszószékre ¹⁵ kútjánál ¹⁶ lakomát ¹⁷ babonás ¹⁸ jegyekkel, jelekkel.

quod iam dudum apud se coquebat, committit *Sforciae Pallavicino*, Hispanicae legionis tribuno,¹⁰ et *Andreae Lopez*. Hi *Petro Avilae*, centurioni Hispanorum mandant, ut cum 24 peditibus omni armorum genere instructis ad curiae portam, quae *Sebessum*¹¹ versus tunc aperiebatur, rei exitum operiatur.¹²

Rebus ita dispositis *Pallavicinus* et *Lopez*, adiunctis sibi quattuor Hispanis, tacito passu in hospitium¹³ *Monachi* penetrant. Primus cum *Pallavicino Marcus Antonius Ferrarius*, scriba *Castaldi* praemissus, quem superiore vespere consulto nunciis aliis super alios fictis *Castaldus*, quo illum consuetudine adeundi magis insidiis opportunum redderet, crebro ad *Georgium* missabat.

Ergo dolis instructus, profunda¹⁴ nocte levi pulsu tactis ostiis, impetrato ad *Georgium* introitu, qui tunc ad mensam inclinatus stabat, indicat se a *Castaldo* adferre litteras, quas ad *Ferdinandum* regem esset dux missurus, rogatque, ut suo autographo¹⁵ eas confirmare velit.

Mox *Georgius* nullius doli conscius, arrepto calamo, animum, oculos, manus ad scribendum intendit: tum *Ferrarius* stricta sica,¹⁶ geminam illi plagam¹⁷ repente infligit: alteram in iugulo,¹⁸ alteram in summo pectore. Ille insperato malo territus, *invocato Divae Virginis Matris nomine*, correptum magna vi *Ferrarium* ad ima usque mensae subsellia¹⁹ deturbat.

Pallavicinus, qui extra proximas fores²⁰ rei eventum praestolabatur,²¹ audito strepitu irrumpit, strictoque gladio caput *Monachi* ad cerebrum usque dividit. Necdum prostratum²² *Joannes Carridus* (hic quoque Hispanus) dolone²³ traicit, et extrema voce haec verba «*Fratres, quid commisi,*²⁴ *quid commerui?*» ingeminanter²⁵ ingementem trucidat...

Dum autem in *Monachum* inveherentur illi sicarii,²⁶ *Franciscus Vas* nobilis adolescens... stricto gladio dum domino periclitanti²⁷ pro sua fide opem ferre laborat, septem vulneribus affectus, aegre tandem ex illis convaluit.

¹⁰ alvezérre ¹¹ Szász-Sebes-féle ¹² várja még ¹³ szállására ¹⁴ az éjszaka mélyén, sötét éjjel ¹⁵ sajátkezű aláírásával ¹⁶ tört rántva ¹⁷ két döfést ¹⁸ az egyi-

VIRTUTES CORPORIS

Dexteritates¹ habilitatesque corporis multifariae exercentur apud diversas gentes. In America praetenditur,² quae dicitur *basseball*; in Anglia sic dictum *golf* et *pila*³ *pedepulsa*; in Hispania *tauromachia*;⁴ in Finnia *athletica*: apud nos Hungaros adhuc *pila pedepulsa* summā gaudet populari aurā.⁵ Tendentia⁶ quaedam a ludis rudioribus ad nobiliores haud denegari potest: praeponderant⁷ tamen adhuc *certamina*,⁸ quae spectantium irritent animos, inter alia et rudissima *pugnopugna*.⁹

Exploratores¹⁰ distincti. Duo exploratores nuperrime *nummis pro vita servata*¹¹ ornati sunt.

Iosephus Nagy, decurio¹² cohortis 452, Zirciensis Sancto Bernardo dicatae, conternatos¹³ equos curriculi domavit, quo facto plurimos, ne supervecto¹⁴ curru vitam amitterent, fortiter liberavit. Tradidit ei nummum laudesque *Rudolfus Mátray dr. rector superior* atque praeses districtus¹⁵ exploratorii.

Andreas Nákovics, qui explorator est cohortis scholae mercatoriae Kaposváriensis, duos submergentes¹⁶ e lacu Balaton apud Fonyód liberavit. Nummo solemniter ornatus est.

ket a nyakára ¹⁹ ülő padja alá ²⁰ közvetlenül az ajtón kívül ²¹ várta ²² s mikor még mindig nem esett el ²³ gyilokkal ²⁴ mit követtem el, mit vétettem? ²⁵ megkettőzve ²⁶ orgyilkosok ²⁷ veszélyben forgó.

¹ testi ügyességet és készséget ² előnyben van ³ labdarugás ⁴ bikaviadal ⁵ népszerűségnek örvendő ⁶ irányzat ⁷ túlsúlyban vannak ⁸ a versenyek ⁹ a legdurvább ökölvívás ¹⁰ kitüntetett cserkészek ¹¹ életmentőérem ¹² rajvezető ¹³ megbokrosodott lovait ¹⁴ nehogy a keresztülgázoló kocsit alatt ¹⁵ cserkészerület ¹⁶ vízbe fúlót.

EX DIURNIS

Hiems. Post autumnum longum et valde amoenum advenit denique hiems. Nox ipsa, cui illuxerunt Calendae Decembres, faciem terrae casta albedine¹ nivum obduxit;² at istae primae nyies haud diu durabant, sed evanuerunt³ brevi tempore liquefactae. Ad

¹ fehérségével ² vont a be ³ eltűnt.

festum Sanctae Nativitatis⁴ ingruerunt iam et frigora dura, attamen sine nivibus. Licebat itaque iuventuti per glaciem *lubricari*⁵ (= soleis ferratis cursitare); at cum nives aptae deessent, *trahulari*⁶ (= trahulis devehí) nondum.

*

Infortunia.⁷ Inveterascunt procedentibus annis debilitanturque⁸ subterranei gasiductus;⁹ transfiltratur¹⁰ itaque paulatim quam maxima massa gasis et absorbitur terrā. Gas istud accumulatum fortuito accensum ingenti vi disploditur¹¹ atque horribili detonatione perrumpit strata¹² viarum, non sine rerum hominumque clade. Huiusmodi infortunium nuperrime Londini, alterum vero Viennae evenit.

*

Donum Mussolini. Re vera antiquissimae sunt Hungaris cum Italis necessitudines.¹³ Florebant nostrae cum Italis amicitiae praecipue sub rege nostro Ludovico Magno, sub Mathia Corvino, nec non octoginta ante hos annos tempore bellorum pro libertate gestorun. In novissimo bello mundi hostes quidem eramus: post decennium autem reviviscunt veteres amicitiae.

Contrahunt necessitudines coluntque amicitas e nostris praecipue Societas a Mathia Corvino dicta, praeside Alberto Berzevicy, — ex Italis Societas amicorum Hungariae (Amici dell' Ungheria).

Symbolum atque monumentum amicitiae Hungro-Italicae vult esse columna illa, quam e columnis Fori Romani electam *Mussolini* nobis dono mittit. Migrat iam ad nos columna stabitque hic in urbe nostra principali sic inscripta:

«In memoriam legionis Italicae, quae anno 1849. sub imperio colonelli¹⁴ baronis Alexandri *Monti* fraternis Itatorum-Hungarorumque iunctis armis fortiter fundebat sanguinem pro independentia¹⁵ communi.»

⁴ karácsonyra ⁵ koresolyázni ⁶ ereszkedni (röd-lizni) ⁷ szerencsétlenségek ⁸ megromlanak ⁹ gázvezetékek ¹⁰ átszűrődik ¹¹ felrobban ¹² az utak burkolatát ¹³ összeköttetései ¹⁴ ezredes ¹⁵ függetlenségért.



Primi flocculi¹ barbulae.

Adolescentulus quidam studiosus, cum iam primos in mento² barbulae animadvertisset flocculos, aemulaturus³ adulescentes intravit ad tonsorem.⁴ Forte complures iam tondendi radendique⁵ in taberna⁶ tonsoris per ordinem exspectabant.

Exspectat et ipse nonnulla minuta; mox vero impatienter tonsorem alloquitur: «Quamdiu mihi insuper⁷ exspectandum est, ut sim⁸ radendus?»

Adspicit eum tonsor et inquit: «Hos insuper⁹ circiter *duos annos!*»

Medicamina curiose praescripta.

Exploravit medicus aegroti morbum, constituitque eum e stomacho¹⁰ laborare¹⁰. Tum ait ad illum: «Praescripsi tibi medicamenta bifaria: pillulas¹¹ nempe, lingulasque¹² liquoris. Sume¹³ quotidie pillulam *ante coenam*, et lingulam liquoris *post coenam*; nihil autem *intermedio*¹⁴ licet tibi edere.»

Mutatis mutandis.

Antiquorum operum mercator¹⁵ simulacra¹⁶ quinque e ligno sculpta in fenestra tabernae¹⁷ venalia proposuit, suffixitque eis huncce titulum¹⁸ commendaticium:

Quinque sensus.

Emit quidam unum; restabant quattuor. His mercator sic titulum commendaticium mutavit: *Quattuor aetates.*

Post nonnullos dies et alterum quidam emit. Tribus itaque mercator novam commendationem subscripsit:

Tres Graciae.

Vendito mox etiam tertio simulacro, reliqua duo mire mutatus hic titulus venalia¹⁹ commendabat: *Adam et Eva.*

Inter Adamum et Evam verisimile tanta erat differentia, ut mercator nesciverit, uter

¹ a szakállka első pelyhecskéi ² az állán ³ utánozva a serdültebbeket ⁴ a borbélyhoz ⁵ a nyíratkozandók és borotválkozandók ⁶ műhelyében ⁷ még ⁸ hogy megborotváljanak ⁹ még ¹⁰ hogy gyomorbaja van ¹¹ labdaesokat ¹² és kanalas orvosságot ¹³ vegyél be ¹⁴ közben pedig ¹⁵ régiségkereskedő ¹⁶ öt szobrot ¹⁷ a bolt kirakatába ¹⁸ ajánló címet ¹⁹ eladásra,



eorum cum quarto emptore²⁰ e taberna migraverit. Mutavit itaque quinto ultimo, quod restabat, simulacro titulum sic:

Tristitia.

Animus apertus.

Privernum oppidum erat in Latio. Cum C. Plautius totum Latium subegisset Romanis, soli Privernates rebellare ausi sunt. Oppressum est denique eorum quoque rebellium.²¹ Gravi deinde sumpto de auctoribus rebellii supplicio, consultabatur in senatu etiam de reliquis Privernatibus. Tum disceptantium²² quidam in Curia interrogavit ipsum principem²³ devictorum:

*Quam poenam sua sententia rebelles merentur?*²⁴

Respondit ille: *Quam merentur, qui se dignos libertate iudicant.*

Exasperatos²⁵ patrum conscriptorum animos²⁵ hoc responso etiam magis inflammavit.


Sed Plautius consul, favens²⁶ Privernatium causae, animoso²⁷ eius dicto regressum²⁸ obtulit, quaesivitque:

Qualem cum eis Romani pacem habituri sunt impunitate²⁹ donata?

Respondit Privernas truci vultu:

*«Si bonam pacem dederitis, — perpetuam!
Si malam, — non diuturnam!»*

²⁰ vevővel ²¹ lázadásuk ²² a tárgyalók közül valamelyik ²³ főemberüket ²⁴ érdemelnek ²⁵ kiérdesdett haragját ²⁶ kedvezve ²⁷ indulatos ²⁸ felkínálta a visszaszívást ²⁹ ha büntetlenséget biztosítanak nekik.



Praemissa

ad aenigma II. huiusce numeri.

*Valerius Maximus in Exemplorum Memorabilium libri IX-ni capite XII-o, de mortibus non vulgaribus,*¹ sub externorum exemplorum tertio haec de Homeri morte refert:

«Non vulgaris etiam Homeri mortis causa fertur:² qui in insula, quia *quaestionem*³ a piscatoribus propositam solvere non potuisset, dolore⁴ absumptus creditur».

Illam vero *quaestio*, secundum interpretationes⁵ commentatorum, fuit *aenigma*, quod in sequenti legitur pagina.

¹ nem közönséges ² amint mondják, nem közönséges volt ³ fogas kérdést ⁴ bánatába belehalt ⁵ a magyarázók értelmezése szerint.

Solutiones aenigmatum Numeri 2.


I. Mens sana in corpore sano.

- II. 6, 26, 10, 18 = periculum in... = mora
 19, 7, 23, 13 = plur. partis arboris = rami
 7, 4, 22 = verbum salutandi = ave
 2, 9, 14 = animal cornutum = bos
 1, 11, 21 = sine quo suffocamur = aer
 12, 8, 15 = imperativus verbi = dic
 (16, 27, 20 = emotio vehemens = ira)
 3, 14 = trinum habet sensum = os
 5, 17 = coniunctio = et
 24, 25 = praepositio = in
 1-27 = proverbium pentametricum =
A bove maiore discit arare minor.

III. Pater est *ignis* — filius est *fumus*.

IV. 2a, 1c, 2e, 3c, 1b, 3a, 2c, 3e, 1d, 2b, 3d, 1e, 2c, 1a, 3b =


Quid quid agis, prudenter agas, et respice finem.



**Aenigmata Numeri secundi recte
dissolverunt:**

Zoltanus Gáspár d. VI. cl. gr. Keszthelyiensis. — Ladislaus Szautner d. V. cl. g. Veszprémiensis. — Joannes Taál d. V. cl. g. Veszprémiensis (1. et 4.) — Classis VI-ta A. gymn. Madáchiani Bp. — Rosa Feldmann discipula cl. VII. B. thygatrogymn. eccl. Isr. Bp. — Stephanus Pauer d. VIII. cl. g. Sabariensis. — Stephanus Frühbauer d. V. cl. g. Veszprémiensis. — Prisca Morgos discipula VII. cl. Kaposváriensis. — Josephus Albrecht d. V. cl. g. Veszprémiensis. — Julius Barakovits d. VIII. cl. gr. Szekszárdiensis (1. et 4.) — Magdalena Reiner discipula cl. VII. thygatrogymn. eccl. Isr. Bp. — (Josephus Szenes d. V. cl. g. Veszprémiensis tarde misit solutiones aenigmatum Numeri primi.) — Joannes Endrefi d. VII. cl. gr. Bp. — Stephanus Máder d. VII. cl. gr. Bp. — Joannes Leiker, Veszprémiensis. — VI-ta classis gymn. Sabariensis. — Georgius Hoffmann e gymn. Premonstratensi Sabariensis. — Ladislaus Békefi d. VI. cl. gymn. Sabariensis. — Lucia Fayer da. VI. cl. gymn. Bp. (1., 2., 4.). — Eugenius Bokrossy d. V. cl. gymn. Veszprémiensis. — Josephus Szenes d. V. cl. g. Veszprémiensis. — Franciscus Szelmayer d. V. cl. g. Veszprémiensis. — Alexander Laucsek d. V. cl. g. Veszprémiensis. — Emericus Goldstein d. IV. B. gymn. Madáchiani Bp. — Andreas Belák d. IV. cl. g. et Andreas Világhy d. V. cl. g., ambo Veszprémienses. — Magdalena Pach discipula VI. cl. thygatrogymn. Bp. — Ladislaus Vörös et Stephanus Sipos, ambo discipuli V. cl. g. Veszprémienses.

AENIGMATA.



II. Homerus iam senex, cum in Ioniam insulam navigasset, litori appulsus incidit forte in piscatores squalidissimos: qui sibi vestes semet ipsosque purgantes quid agerent, ille *caecus* videre nequibat. At mercatores illos esse putans, interrogavit eos: quid venale¹ haberent?

Piscatores autem malesalsi,² irridentes et senem caecum et semet ipsos, obscure³ satis ei responderunt:

«*Venale habemus nihil, sed venamur⁴ bis quinque canibus: quod capimus, perdimus;⁵ quod nondum cepimus, habemus.*»

Questionem: *qui canes, quae ferae fuerint?* — solvendam Homerus tibi reliquit.

¹ mijök van eladó? ² a rosszmájú halászok ³ elég homályosan ⁴ vadászunk ⁵ elveszejtjük.

III. a Zoltano Kellermann, d. VI. cl. g.

Ex syllabis sequentibus: a-al-au-ca-car-ci-cta-cu-cus-cy-das-e-e-ha-i-ia-le-li-lu-marmil-ni-nus-nus-o-o-o-phi-pi-pi-re-rus-rus-rus-sal-sci-sti-ta-tes-tra-tus-us-us-vi-componenda sunt nomina hisce circumscripta:

1. rerum scriptor Romanus (n. 3 syl.);
2. pater hostis Rom. acerbissimi (n. 3 syl.);
3. philosophus Graecus, cuius doctrina: Ede, bibe, lude; post mortem nulla voluptas (n. 4 syl.);
4. imperator Romanus, simulque clarus philosophus (n. 6 syl.);
5. primus cum patre volavit (n. 3 syl.);
6. devastator Carthaginis (n. 3 syl.);
7. imp. Rom. Daciae domitor (n. 3 syl.);
8. consors triumviratus secundi (n. 5 syl.);
9. Darei filius (n. 2 syl.);
10. rex Lacedaemonum (n. 4 syl.);
11. famosus proditor (n. 4 syl.);
12. rerum scriptor Romanus (n. 4 syl.);

Litterae horum nominum initiales deorsum lectae nomen reddunt praeclari ducis Graecorum.

IV. ad saltum equulei — a Nicolao Eöry.

| | | | | |
|-----|-----|----|-----|-----|
| Ex* | ta | ri | vi | vi |
| am | ta | × | i | ga |
| ta | tra | × | est | est |
| non | non | si | Hun | est |



S. Módy: Gratias! Prohibet. — Eug. B. Aenigmata tua ita delineata, sicuti ad me venerunt, prelo mandari nequeunt. — Pluribus discipulis, quorum opuscula vel aenigmata iam inserta sunt aut inserentur: Nolite succensere, quod nonnulla commutata vel emendata prodeunt; imo recensete vestra manuscripta; iam videbitis nihil sine causa factum esse. — Nounullis per litteras, aut in No. proximo respondebo. — Ad Veszprémienses: Gratulor vobis de studiis vestris laudabilibus.

Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.
Budapest, I., Lipótmezei-út 6.
ad quem litterae quaecunque mittantur.
Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.
(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)